

noluerunt, sed recensente *Vergerio in annot. sup. Catalog. haret. T.1.f.251. seq.* opera *Nicolai Archiepiscopi Capuani* in Germania notus factus. Potius h.l. cum *Synodo Remensi. c. 28. circa A. 991. celebrata, O lugenda Roma!* exclamo, quæ nostris majoribus clara Patrum lumina protulisti, nostris temporibus monstrosas tenebras futuro seculo famosas effudisti! Illud tamen prætereundum non est, eos planè *Atheos*, inq; totam Trinitatem injurios esse, quodq; Christo sub Christi vexillo rebellent, & Satanæ militent, uti de *Pontifice Romano* locutus olim *Fr. Petrarcb. p. 17.* vel ut *Petrus Blesensis Eph. 55. & Bernbardus Abbas Clara Vallensis* Christum esse exulem, AntiChristum Dominum, Beelzebub Judicem. Peccant enim I. in DEUM, dum partim mandat divina contemnunt, novum Decalogum excogitando, exhibentibus eundem *D. Finck in Decalog. Rom. A. 1617. Jen edit. & in der Kirchen vnd Schulpostill P. 2. p. 316. D. Seld. P. 2. AntiMarcell. rat 8 §. 73. p. 146. 155. Mergilet. in thes. & antitb. M. Seld. in Papism. irreconc. f. 2 §. 43. ad 52. p. 33. ad 45. theorema Script. contraria evulgando, quale specimen edidit D. N. Hunn. Disp. I. de Sign. Eccles. Sign. 3. ερωτησ n 27. Add. Wilh. Nigrin. de Papist. Scr. contemptu A. 629. Witt. edit. partim. jus Canonicum cum aliis constitutionibus Papalibus majori in æstimo habent. Unde XXI. illi Theologi Pontificii apud *D. Luth. T. V. Jen Germ. in Matth. 5. f. 373. & D. Selnecc. recit. II. p. 267. & ex his D. Calop. in Crit. Sacr. §. 7. n. 6. p. 57. D. Seld. P. 2. AntiMarc. hyp. VII. §. 37. p. 69.* non è Script. S. sed è Patrum & Conciliorum decretis cum Augustanis disputare, & sic Luth. religionem ex iisdem, Script. post habitâ, refutare voluerunt. Quod & *Lutherus* apud *D. Meisn. in Tr. contr. Reibing th. XI. n. 2. p. 37.* de Eccio pronunciavit. II. in CHRISTUM, ejusq; partim personam, eum sc. fuisse Monachum mendicantem juxta *Bell I. 2. d. Monach. c. 45. §. 503. A. B.* partim officium tum Sacerdotale, Mariam pro Redemtrice habendo, juxta quinque literas enim MARIA est Mediatrix, Advocatrix, Redemtrix, Illuminatrix, Adjutrix. Vid. *Mariale Bernh. & Antonin. P. 4. tit. 15.* tum Propheticum & Regium, Pontificem (rectius, juxta *Berengarium*, Pompificem) Romanum pro Magistro & Ecclesiæ capite agnoscendo, vocant eundem visibilem quendam DEUM. Ita *Ludovicus Gomefius*, univ-  
salem*